

*131. Instrumentum venditionis di
Baldassarre Mordente in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*131. Instrumentum venditionis di
Baldassarre Mordente in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1434-12-23

(c. 71v) In nomine domini dominia nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo tricesimo quarto, regnante serenissima domina domina Iohanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno vicesimo feliciter amen, die vicesimo tertio mensis decembris, tertie decime indictionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos notarius Franciscus de Stampis per totum regnum Sicilie reginalis ad contrattus iudex, Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorii, Capitinate et Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico instrumento fatemur atque testamur quod in nostri presentia constitutus donnus Baldassar Mordente de Potentia, consentiens prius in nos predittos iudicem cum sciret et notarium <sic> ex certa eius scientia ipsos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, iurisdittionem eorum voluntarie prorogando, non vi, dolo, metu ductus nec aliquibus suasionibus circumventus, sed sicut sibi utile et expediens visum fuit pro suis, ut dixit, utilitatibus exequendis, vendidit, alienavit et per fustem traddidit et assignavit iure proprio et imperpetuum venerabilibus viris donno Comino de Torio Pari cantori mayoris ecclesie Potentine et donno Luce de Zoffo, procuratoribus et iconomis capituli et clericorum mayoris ecclesie Potentine, ibidem Il computo dell'era regni è per anno incipiente allungato

presentibus, ementibus et recipientibus nomine et pro parte ditte ecclesie et capituli memorati, ut disserunt, et subcessoribus eorum, petium unum cuiusdam terre seu isole, situm et positum in tenimento civitatis // (c. 72r) Potentie, in contrata ubi dicitur lu Canal(e) in vallone Santi Anelli, quam terram dixit tenere et possidere rationabiliter et iusto titulo ex donatione sibi fatta per Cholam Mordente fratrem suum, prout apparet per puplicum instrumentum exinde ditte donationis sibi fattum; confinatum ab una parte, suptus, iuxta terram ditti venditoris mediante via puplica qua itur ad terram Reti; a superiori parte iuxta terras que fuerunt donni Robertelli de Petrafixa mediante via puplica que dicitur la via de li Molinari, iuxta vallonum Canal(i)s ac alios fines. Et dittus venditor predittis emptoribus, nomine et pro parte ditte ecclesie agentis, in corporalem et vacuum possessionem ditte terre coram nobis per fustem induxit ad verum dominium et proprietatem ditte ecclesie ad habendum, tenendum, possidendum, utifruendum, dominandum, vendendum, donandum, permutandum, nec non et quocumque modo voluerint ditti emptores et procuratores nomine et pro parte ditte ecclesie et ipsorum successorum alienandum, cum viis suis et iuribus ab antiquo spettantibus et pertinentibus ad dittam terram intrandi et exeundi quovis modo; pro qua quidem venditione ditte terre dittus venditor coram nobis confessus fuit et contentus se habuisse et manualiter recepisse a dittis emptoribus et procuratoribus ditte ecclesie, pro parte ditte ecclesie, in carlenis argenti sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, uncias tres ponderis generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius. Promittens dittus venditor per se et suos heredes dittis emptoribus et procuratoribus,

nomine et pro parte ditte ecclesie et clericorum eiusdem // (c. 72v) agentibus, stipulantibus, litem, controversiam et questionem aliquam de ditta terra ullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel assentire, sed dittam [terr]am tam in proprietate quam tenuta eisdem emptoribus procuratoribus, nomine et pro parte ditte ecclesie, ab omni humano collegio <sic> et persona quacumque legitime defendere, guarentire, disbrigare et de evittione teneri et dittam venditionem et omnia et singula supraditta et infrascritta firmam et firma ac ratam et rata habere et tenere et in nullo contrafacere, dicere vel venire, per se et suos heredes aut aliquos quovis modo, in iudicio vel extra, de iure vel de fatto, aliqua occasione, modo, ingenio seu trattatu, sub pena dupli pretii supraditti, medietate ipsius pene curie apostolice seu curie donni episcopi Potentini ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela, et altera medietate dittis emptoribus et procuratoribus ditte ecclesie seu alteri pro parte ditti capituli et ecclesie persolvenda, totiens, quotiens fuerit quomodolibet contrafactum, me preditto notario tamquam persona puplica pro parte ditte curie et dittis emptoribus et procuratoribus pro parte et nomine ditte ecclesie et clericorum et venditorum prefato sollempniter stipulantibus penam ipsam; qua conmissa vel non conmissa, exatta vel non exatta, soluta vel non soluta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum cum contentis in eo et omnibus que in se continent in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refettione omnium dannorum interesse et expensarum litis et extra que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento dittorum emptorum et procuratorum seu (c. 73r) alicuius ex dittis clericis procuratoribus ecclesie

anteditte, nulla alia probatione quesita. Et renunciavit dittus venditor super hiis voluntarie et expresse pro cautela ditte ecclesie exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et fraudis reique predicto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum, exceptioni ditte non numerate pecunie, non habite et non recepte et non solute ac non boni argenti, legi rescissione <sic> qua decepte <sic> ultra dimidiam iusti pretii subvenire <sic> et omnibus aliis axiliis et beneficiis omnium iurium atque legum, iure canonico et civile et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod ditto iuri renunciari non pot(est), quibus et propter que ditta venditio et confessio et scripti huius tenor possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis attendentis et inviolabiliter observandis et quod predicta omnia vera sunt, dittus donnus Baldasar venditor coram nobis corporale tatta ad santa Dei evangelia prestatit iuramentum; prefata Ioannella Stramba mulier de Potentia, mater ditti donni Baldassaris venditoris, mero iure Romano vivens sicut ceteri homines et mulieres de ditta civitate ab antiquo vixerunt et vivunt, dittam venditionem ditte terre sicut fattam per eundem donnum Baldassarum filium suum dittis procuratoribus capituli et clericorum ecclesie Santi Gerardi, ratificavit et acceptavit et renunciavit omnibus iuribus competentibus et spettantibus sibi iure dotum traditarum quondam notario Antonio Mordente olim viro suo, tempore celebrati sponsilitii <sic> vel quocumque modo habere et pretendere possit // (c. 73v) in et super ditta terra vendita, traddita et assignata; et proinde se et suos heredes obligavit ad penam stipulatam ut

supra et solvendam si contra premissa vel aliquod tentare presumpserit, quam habere venditionem ratam et firmam et non contraveniendo nec attendendum quoquomodo ad santa Dei evangelia coram nobis corporaliter prestitit iuramentum. Unde ad futuram rei memoriam et ditti venditoris preces et predittorum emptorum procuratorum, nomine et pro parte ditte ecclesie et clericorum eiusdem, cautelam, fattum est exinde presens puplicum instrumentum, per manus mei preditti notarii signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrum predittorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

7

Quod scripsi ego predittus Thomasius puplicus ut supra notarius qui premissis omnibus rogatus et vocatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego qui supra notarius Franciscus de Stampis ad contrattus iudex Ego Iacobus deli Ducal(i) testis sum Ego Gaspar de Stipaucio testis sum Ego Iacobus de Bono Ioanne

Così S qui, in docc. coevi Bono

Così S probabilmente per iscle

Così S per Roti

Così S per a venditore

Così S per preterea

Così S per dotium

8

testis sum Ego magister Nicolaus Mordente de Laurino
testis sum

8

9

Così S per Aliduca, corretto dalla nota testium

Così S per Aprutio, corretto da docc. coevi